# Vrela

## NAJSTARIJI SAČUVANI IMOVNIK ZAGREBAČKE KATEDRALE (1394)

Andrija LUKINOVIĆ

Na neke imovnike i troškovnike zagrebačke katedrale, koji su se nalazili u riznici prvostolne crkve, upozorio me je dr Antun Ivandija, kustos katedrale. Prema riječima dra Ivandije, on ih je pronašao na hrpi neregistriranih dokumenata izvan kutija prilikom preseljenja Nadbiskupskog arhiva na sadašnje mjesto 1939. Nijedan od imovnika i troškovnika nije imao nikakvu signaturu, a potječu iz XIV–XVII stoljeća, te su kao takvi, pogotovo zbog svoje starine, prvorazredni izvori za povijest, kako gospodarstva, kulture i obrta, tako i značenja i uloge ustanove koja ih je stvarala, konkretno zagrebačke stolne crkve, odnosno cijele (nad)biskupije zagrebačke.

Brigu za katedralu, kao i za sve djelatnosti oko nje vodio je isključivo Kaptol[1], a čuvanje riznice katedrale, u kojoj se osim crkvenog ruha i posuđa nalazila i biblioteka, ne samo bogoslužnih knjiga, već i priručnika iz crkvenog i civilnog prava, povijesti, propovjedništva, medicine i dr. bila je povjerena kanoniku kustosu (čuvaru)[2]. Kustos je morao bdjeti nad riznicom i savjesno je čuvati[3] te sastavljati inventare. Kako se vidi i iz ovdje objavljenog imovnika, kustos je inventare redovito sastavljao prema već postojećem starijem inventaru, vjerojatno prilikom nastupa svoje službe. Ne znamo kako su se često sastavljali imovnici. Ni Kaptolski statuti iz 1334.[4] ni drugi poznati spisi o tome ne govore ništa sve do 1602. Ni po broju sačuvanih imovnika ne možemo zaključiti ništa određenije, jer niti to iz njih možemo utvrditi, niti nam je poznato koliko je zapravo inventara izgubljeno tijekom vremena. Spomenute, 1602. godine biskup Nikola Selnički[5] određuje da se imovnici imaju sastavljati prilikom nastupa službe novog kustosa, a Kaptol mora svake godine izvršiti reviziju riznice.[6] Vjerojatno je i prije

---

1 Vidi Statuta Capituli, Kaptolski arhiv (unaprijed KAZ), Protokol br. 821, objavio Tkalčić u *Monumenta episcopatus Zagrabiensis* (MEZ) II, Zagreb 1874. Drugo poglavlje statuta.

2 Za kustosa se upotrebljavao i naziv *thesaurarius*, dovodeći ga tako u direktnu vezu s riznicom. Vidi: Lj. Ivančan, *Podaci o zagrebačkim kanonicima* (Ivančan), rukopis u KAZ, str. 39 i 77.

3 „In thesauro ecclesiae custodiendo et utiliter conservando" Statuti, MEZ II str. 96.

4 Vjerojatno briga za riznicu podrazumijeva i sastavljanje imovnika, ali statuti to izričito ne kažu.

5 Zagrebački biskup od 1598–1602.

6 Ivančan, str. 443.

toga Kaptol vršio makar povremene revizije riznice, sudeći prema marginalnim bilješkama u starim inventarima o tome da li je inventarizirani predmet u imovniku zaista i pronađen, ili je posuđen, preuređen ili nestao.

Inventari kao arhivska građa, budući da su nastali redovitim djelovanjem Kaptola, pripadaju Arhivu prvostolnog Kaptola, te bi se prema rasporedbi Kaptolskog arhiva morali nalaziti u odgovarajućim serijama spisa dotičnog arhiva: stariji od 1700. u seriji Stari spisi Kaptola (Acta Capituli antiqua), inventari iz XVIII. stoljeća u odgovarajućoj seriji spisa (Acta Capituli saeculi XVIII), a noviji u Sjedničkim spisima (Acta sessionum) ili u Spisima prvostolne crkve (Acta ecclesiae metropolitanae), koji kao zasebna serija sadržavaju spise iz XIX. i XX. st. Ne znamo tko je i kada inventare katedrale razmjestio na različita mjesta, tako da su se neki nalazili na svom mjestu (u Acta Cap. antiqua), drugi u Nadbiskupskom arhivu, neki u riznici, a bilo ih je i u Spisima prvostolne crkve. Svi imovnici do 1700. g. skupljeni su i sada se nalaze pod svojom signaturom u Starim spisima Kaptola, priključeni tamo već registriranim inventarima. Ima ih ukupno dvanaest, ovim vremenskim slijedom:

1. Imovnik katedrale iz 1394. g. ACA 101–3/1[7] – ovdje objavljen.
2. Imovnik katedrale oko 1420. g. ACA 101–3/2.[8]
3. Imovnik katedrale oko 1430. g. ACA 101–3/3.[9]
4. Imovnik katedrale 1474. g. ACA 101–4/1.[10]
5. Imovnik katedrale 1493. g. ACA 101–4/2 dosad neobjavljen.
6. Imovnik katedrale 1502. g. ACA 101–4/3.[11]
7. Imovnik katedrale 1510. g. ACA 101–4/4.[12]
8. Imovnik katedrale 1544. g. ACA 101–4/5.[13]
9. Imovnici iz 1546, 1548. i 1533. zajedno uvezani ACA 101–4/6.

---

7 Kratica ACA označuje Acta Capituli antiqua. Prvi broj se odnosi na kutiju, drugi na broj spisa u kutiji, a oznaka „kroz" bila je nužna jer se u ACA pod jednim brojem nalazi više spisa, katkad i do osamdeset.

8 Objavio ga je Tkalčić u *Dva najstarija inventara prvostolne crkve zagrebačke iz XIV i XV vieka*, Starine, XIII, Zagreb 1881. i u *Monumenta civitatis Zagrabiensis*/MCZ/ XI, Zagreb 1905. Tkalčić ovaj inventar datira u Starinama između 1356. i 1387. godine, a u MCZ XI kod teksta pod konac XIV. stoljeća, dok u Uvodu tvrdi da je inventar pisan početkom XV. st. Međutim, sam imovnik pisan je sigurno u vrijeme kad Eberhard nije bio zagrebački biskup, jer se spominje kao bivši, odnosno pokojni biskup zagrebački, što se može odnositi na godine 1406–1410. kad je Eberhard premješten iz Zagreba za varadinskog biskupa, te poslije 1419. kad je Eberhard, vrativši se 1410. na zagrebačku biskupsku stolicu, umro. Imovnik je pisan za biskupa Ivana Albena od 1421–1433. Naime, marginalna bilješka koja je doslovno prenesena u drugi inventar spominje biskupa Ivana kao sadašnjeg. Imovnik je sastavljen svakako do 30. rujna 1425. kad je, prema marginalnoj bilješci, kalnički arhiđakon Stjepan posudio jednu knjigu Dekretala.

9 Objavio ga Tkalčić kao i prethodni, s tim što je u Starinama ovaj inventar poslužio samo kao nadopuna prijašnjem. Tkalčić ga datira oko 1425. g. Njega treba datirati između 1429, kada je kalnički arhiđakon Stjepan umro a oporučno je katedrali ostavio jedan misal, i 1433. godine, kada je umro biskup Ivan Alben, koji se u njemu spominje kao *„episcopus modernus"*.

10 Objavio ga je Tkalčić u MCZ XI, ali ne cijeloga. Među na početku spomenutim inventarima pronađena su još dva lista ovoga inventara, koji su nastavak popisa crkvenog posuđa a sadrže još i popis relikvijara.

11 Objavio ga Tkalčić ibid.

12 Ibid.

13 Dosad neobjavljeni. Tkalčić je objavio samo srednjovjekovne inventare, tj. do 1526. g.

10. Imovnik katedrale 1582. ACA 101–4/7 bio uvezan u inventaru riznice iz 1915.
11. Imovnik katedrale 1602. g. ACA 101–4/8.
12. Imovnik katedrale 1697. g. ACA 101–4/9.[14]

Začuđuje kako iz XVII. stoljeća nemamo više od dva imovnika katedrale, dok su iz prethodnog stoljeća relativno brojni.

Sačuvani inventari međusobno se dosta razlikuju i po svojoj cjelovitosti. Prva tri i onaj iz 1602. su najcjelovitiji i po načinu na koji su sastavljani. Inventari br. 2 i 3 nemaju početak, br. 4 nema više od polovice sadržaja, inventar iz 1502. popisivan je po ladicama u koje je Kaptol spremio crkveno posuđe, ruho i knjige, vjerojatno da bi se mogli brzo transportirati zbog nadolazeće turske opasnosti.[15] Biblioteka, koja je tako detaljno zabilježena u prva tri imovnika, kasnije se ne popisuje, osim liturgijskih knjiga.[16]

Među svim ovim imovnicima svakako posebnu pažnju zaslužuje onaj iz 1394. i zbog toga što je najstariji, kao i zato što je najpotpuniji, a dosad nije bio objavljen.

Inventar je pisan goticom na papiru dimenzija 22,4 X 28,4 cm, na šest listova po sredini presavijenih i prošivenih koncem, tako da ima ukupno 12 folija 11,2 X 14,2 cm, odnosno 24 stranice teksta. Na stranicama inventara 3/4, 5/6 i 13/14 nalazi se vodeni znak: kružnica promjera 23 mm razdijeljena po polovici okomitom traversom dužine 8 cm koju na 11 mm od krajeva sijeku trakovi Andrijina križa dužine 24 mm. Znak je postavljen na sredini osnove široke 4,7 cm, dok potka sita ima 12 žica u 2 cm. Ovaj vodeni znak potječe iz sjeverne Italije, a pojavljuje se od 1352. do 1420.[17] Dimenzije vodenog znaka i sita za papir točno odgovaraju i kod Briqueta i kod Mošin–Traljića dimenzijama istog znaka koji oni datiraju „vers 1394." što bi točno odgovaralo vremenu sastavljanja inventara.[18] Cijeli tekst inventara oštećen je djelovanjem vlage u donjem dijelu, na prvim stranicama oko 2 cm, a na zadnjim i do 4 cm.[19]
Dokument ima dva rukopisa: prva ruka od prve do 17. stranice, a druga od 18. do 24. stranice.

Na inventaru nema nikakve signature, a na početku teksta dr Ivandija ispisao je godinu 1394. Tekst počinje incijalnim slovom "I" jednostavno izvedenim, a proteže se do 14. retka teksta. Sam tekst počinje invokacijom, nakon nje je datacija, koja spominje godinu, indikciju[20] te dan i mjesec. Sam je uvod pisan objektivnom formom, što pretpostavlja da ga nije pisao kustos Blaž nego netko drugi u ime Kaptola, vjerojatno kaptolski notar. Sam čin nije puko sastavljanje inventara riznice, nego jedan čisto pravni

14 Bio uvezan u spisima Vrhovčeve vizitacije Kaptola 1792.
15 Tkalčić, MCZ XI, Uvod.
16 Bilo bi potrebno identificirati u Metropolitanskoj knjižnici koji su od ovdje popisanih kodeksa sačuvani.
17 C.M. Briquet, *Les filigranes. Dictionnaire des marques du papier de leur apparition vers 1282–1600.* Svezak II, Paris 1907. VI Mošin – S. Traljić, Vodeni znakovi XIII i XIV vijeka, svezak I, Zagreb 1957, tabla 206, broj 1885.
18 Znak istih dimenzija nalazi se i u arhivu u Dečanima (Prolog Varlaamov za mart - maj).
19 Svi su inventari i računi restaurirani u Odjelu za restauraciju i konzervaciju Arhiva Hrvatske.
20 Godine 1394. bila je u imovniku navedena indikcija 2.
21 Ivančan str. 116.



Početak inventara zagrebačke katedrale 1394 (ACA 101 – 3/1).



18. stranica inventara zagrebačke katedrale 1394. pisana drugom rukom (ACA 101 – 3/1).

čin po kojem kustos Blaž[21] dobiva nalog od Ivana Lancelotija[22], vikara „in spiritualibus" zagrebačkog biskupa Ivana Smila[23], da sastavi novi inventar prema starijem, kojega je dao izraditi biskup Pavao Horvat[24]. Iz uvoda proizlazi da je kustos Blaž, u prisustvu Ivana Lancelotija i Kaptola, određenog dana (17. III. 1394), prema starijem inventaru biskupa Pavla Horvata, svaki pojedini predmet popisan u prethodnom inventaru pokazao, a ono što nije bilo popisano u predlošku uneseno je u novi inventar. Horvatov je inventar bio pečaćen, dok za ovaj inventar ne možemo ustanoviti da li je to bio jer je mjesto pečaćenja oštećeno djelovanjem vlage.

Redoslijed popisivanja inventara riznice počinje popisivanjem kaleža, što nedostaje imovnicima koje je objavio Tkalčić, dok je ostali poredak gotovo istovjetan. Prijepis teksta inventara glasi ovako:

* * *

In Christi nomine eiusque Matris Virginis gloriosae. Amen. Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, indictione secunda, die vero decima septima marcii honorabilis vir dominus Blasius custos et canonicus Zagrabiensis, volens satisfacere mandato sibi facto per honorabilem virum dominum Johannem Lanceloti, praedictae Zagrabiensis et Vaciensis Ecclesiarum canonicum ac vicarium reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis, episcopi loci Zagrabiensis praeassumpti, ab ipso domino episcopo speciale mandatum super infrascriptis habentem, ut thesaurum ecclesie, res et bona, que manibus suis haberet ratione custodie sue, iuxta inventarium alias factum per dominum Paulum condam episcopum Zagrabiensem et Capitulum eiusdem ecclesie sibi in sacristia ispsius ecclesie Zagrabiensis representare deberet et ea seu eas, que vel quas in ipsam sacristiam fuissent et essent extra dictum inventarium importata, data et assignata inventarioque producto, sigillato sigillo dicti domini Pauli infrascriptas res in presencia dictorum domini vicarii et Capituli hoc ordine representavit.

[KALEŽI]

Imprimis autem et ante omnia repertus extitit unus calix aureus, in pede seu in parte inferiori lapidibus preciosis impositis ordinatus, qui sunt numero duodecim, de quibus sunt quatuor saphiri, quatuor scamaragdy et quatuor rubini. Ipse vero calix ponderat tres marcas et sex pondera, vulgariter nezyk dicta.

Item sunt reperti calices numero tredecim, de quibus est unus fractus per medium et alter est tam in superiori quam in inferiori parte cum bonis lapidibus et perlis condecenter ornatus, quorum unus visu maior ponderat tres marcas et sex pondera, vulgariter nezyk dicta.

---

22 Ibid. str. 121.

23 I. Kr. Tkalčić: *Zagrebacki biskupi XIV vieka*, Katolički list 1892, br. 33–37, tvrdi, za razliku od naših šematizama, da je Ivan Smilo bio zagrebački biskup do 1397. a u šematizmima ga je 1395. naslijedio Ivan de Gara, za kojega Tkalčić tvrdi da nije ni postojao. Ivan Smilo je premješten za kaločkog nadbiskupa.

24 Zagrebački biskup od 1379–1386, poznat kao politički pristalica Karla Dračkog protiv Sigismunda.

Alter ponderat tres marcas minus duodecim ponderis [sic!].

Tercius ponderat tres marcas minus duodecim ponderis [sic!]
Quartus ponderat tres marcas minus duodecim ponderibus.

[Quintus] ponderat tres marcas...[25]

Septimus ponderat, habens quatuor simaldos parvo in pede et sex in pomo, unam marcam et quindecim nezyk.

Octavus ponderat unam marcam et quatuor nezyk.

Nonus ponderat, in pomo cum sex ponderibus, unam marcam cum media minus sex nezyk.

Decimus, qui est ponixius[26] cum argento desuper, in pede quibusdam lapidibus, videlicet tribus zaphiris, quatuor granatis orientalibus et sex turquisis ac perlis magnis in lotiis necessariis impositis ordinatis et ponderat duas marcas cum media et sex pondera.

Undecimus ponderat tres marcas minus tribus ponderibus cum perlis et lapidibus infra declarandum auro impositis, tam in sumpmitate quam in inferiori pulcro opere paratus, cui defuit una tabula auri et lapidum; lapides vero sunt numero quadraginta duo diversi generis et coloris ita videlicet, quod in superiori parte sunt due tabule et inferiori tres de auro, quarum quelibet continet septem lapides predicto et ea que deficit tabula similiter continet septem lapides, ut supra.

Duodecimus, qui est in pignore circa relictam Luce Bomoli et ponderat.

Item extra antiquum inventarium sunt inventi tres calices expostea importati. Primus, qui habet in pede sex simaldos, in pomo cero octo symaldos et extraque pomo habet simaldos cum capitalibus, qui ponderat duas marcas cum media et duos nezyk, datus per prepositum Lanya dictum.

[Secundus] vero calix cum quatuor simaldis... rtatus de agaria, qui...[27]

Tercius autem habens sex simaldos in pomo, legatus per Nicolaum kathedralem archidiaconum,[28] filium Fabri, qui ponderat unam marcam cum media minus sex nezyk.

## [MITRE]

Praeterea est reperta maior et melior infula cum lapidibus infra nominatim enumerandis et perlis maioribus et minoribus, quasi sine numero, perordinata et de auro purissimo contexta et fabricata, que continet in se lapides infra nominatos sex centum et duodecim rubinos, nonaginta novem simaragdos et octoaginta quinque zaphiros. Sunt etiam in ipsa infula iuxta antiquum inventarium septem loca lapidum et de presenti inventa sunt alia duo loca lapidum cum tecis fracturis, quorum videlicet septem locorum predictorum lapides deficiunt, dictorum vero duorum locorum cum tecis habentur.

25 Pri dnu oštećen tekst.
26 Umjesto *onixius*.
27 Oštećen tekst.
28 Umro 1382. Vidi: Ivančan, str. 118.

Item inventa est una alia infula facta de albo chemelco nonnullis tabulis maioribus et minoribus simaldatis et circumferenciis earundem tabularum lapidibus parvis, puta simaragdis et granatis aventalibus[29] circumquaque impositis decorata, que tabule maiores numero sunt triginta, parve vero viginti septem.

Item due tabule in pendilibus eiusdem infule mirifici operis, deaurate, quarum tabularum iam immediate nominatarum una continet septem lapides, alia similiter septem, in qualibetque earundem deficit singulis unus lapis, que scilicet infula est per dominum Johannem episcopum modernum facta ex alia infula minori, in antiquo inventario habita et conscripta, cum perlis tunc ordinata aquibus lapidibus mixti impositis.

## [SVIJEĆNJACI]

Item reperta sunt duo candelabra per totum extra deaurata, ponderantia octo marcas in... [30]

Item sunt reperta alia duo candelabra de puro argento, que ponderant octo marcas minus duo ponderibus.
Item inventa sunt duo parva candelabra de cupro de novo importata.

## [ŠKROPIONICE]

Item inventa est una situla de puro argento circulos omnes deauratos habens, que ponderat septem marcas cum media.

Item repertum est aspersorium eiusdem situle de puro argento factum, quod ponderat unam marcam et unum sextonem.

Item inventa secunda situla in numero priore lapide zaphirey, ponderans simul cum argento ipsi lipidi circumdato duas marcas et unum sextonem.

## [PASTIRSKI ŠTAPOVI]

Item reperus est baculus pastoralis maior et melior de purissimo argento factus et quasi per omnia deauratus, qui ponderat undecim marcas.

Item inventus est alter baculus pastoralis de ebore antiquo constitutus, continens in iuncturis et in nodo partis superioris bonam quantitatem argenti deaurati.

## [KADIONICE]

Item repertum est turribulum argenteum maius videlicet deauratum, quod ponderat simul cum sua navicula quatuor marcas cum media.

Item repertum est aliud turribulum mediocre, similiter deauratum, quod cum sua manicula[31] ponderat tres marcas cum media et duo pondera.

---

29 Umjesto *orientalibus.*
30 Oštećen tekst.
31 Umjesto *navicula.*

Item tercium turribulum argenteum ponderans cum sua navicula rupta duas marcas et novem ponedera, nezyk dicta.

## [UMIVAONICI ZA PRANJE NOGU]

Item invente sunt due pelves de puro argento, que ponderant quinque marcas cum media, in medio in sumpmitate et circumferentia quibusdam ciphris sculptis deaurate.

## [MISNICE I DALMATIKE]

Item inventa sunt ornamenta infra nominatim expressa.

Et primo casula nigri coloris de palio sancti Ladislai regis facta[32].

[Secunda ca]sula damasko novo, habens crucem...[33]
... aurifisium in ante et retro cum gemmis quibusdam lapidibus ornatam, cum sua dalmatica et subtili, qui lapides sunt in numero quinquaginta novem ibidem reperti.

Item casula rubea habens quasi aurifisium per longum imagines sanctorum in se continendo, cum gemmis et lapidibus quibusdam ordinatum, cum sua dalmatica et stricta, qui lapides sunt in numero quinquaginta quatuordecim inventi.

Item casula alba, ornata cum gemmis seu perlis et laminibus, cum sua dalmatica et stricta, de quibus laminibus essent plura deperdita ex ipsa casula eo tunc, cum apud dominam Reginam[34] fuisset ornanda.

Item casula de cetauro per dominam Reginam[35] seniorem donata, in aurifisio in ante et retro optimis perlis adornata.

Item casula viridi coloris, cuius aurifisium aliquas imagines sanctorum continens, dyademata ipsarum imaginum et corone sunt gemmis seu perlis ornata, continens retro in parte superiori duos lapides, videlicet corniale sculptam, aliam ad instar saphiri nigri coloris, ab antea autem similiter in parte superiori alios duos lapides. Est sola sine dalmatica et stricta.

Item casula brunetti coloris, habens imaginem leonum, grifonum et avium cum auro textas, habens etiam aurifisium de retro cum perlis parvis subtili opere ordinata, et est sola.

Item casula de camoca, habens aurifisium in ante et retro continens in se imagines Domini nostri et Beate Virginis, sancti Johannis evangeliste, de retro in modum crucis et aliorum sanctorum, et est sola.

Item casula violaci coloris, habens in aurifisio inter scapulas de retro ymagines sanctorum Stephani et Emerici regum, ac in antea continens imaginem beate Marie virginis, quarum dyademata sunt perlis aliquibus aliis deperditis ordinata et habet dalmaticam et strictam satis ruptas.

---

32 I. Kr. Tkalčić, *Plast sv. Ladislava*, Katolički list, 1873, br. 30.
33 Oštećen tekst.
34 Vjerojatno Marija, žena Sigismundova.
35 Kraljica Jelisava, žena Ludovika Anžuvinca, majka kraljice Marije.

Item casula alba de exameco cum aurifisio, per dominum...[36]

Item casula rubea in veluro, habens aurifisium latum de retro et ante cum sua dalmatica et subtili.

Item casula rubei coloris, habens imagines grifonum, habens etiam aurifisium ex utraque parte.

Item una dalmatica viridi coloris, habens quasdam ymagines episcoporum in parte inferiori cum subscriptione propriorum nominum et est sola.

Item una dalmatica de purpureo rubeo, habens imagines aquilarum de auro contextis [sic!], habet etiam parte anteriori aurifisium cum perlis ordinatum et est sola.

Item alia dalmatica de purpureo, habens in parvis circulis singulos duos grifones subtili opere sertos et auro contextos et est sola.

Item alia dalmatica in rubeo auro contexta, continens in singulis circulis satis magnis singulos duos leones, que habet strictam suam in colore dissimilem, videlicet blavi coloris, habens quoque in similibus circulis imagines duarum avium parvarum.

Item alia dalmatica albi coloris, habens ex utraque parte de inferius quinque imagines diversorum sanctorum cum auro factas.

Item dalmatica et stricta brumi coloris pro episcopo ordinata.

Item casula clauci coloris seu crocei cum sua dalmatica et stricta, satis inveterata et vetusta.

Item casula alba habens ymagines avium et aliarum bestiarum aurei capitis cum sua dalmatica et stricta.

Item due casule brumi unius et eiusdem coloris, valde corrupte, in aurifisio etiam consimiles et sunt sole.

Item una casula rubea cum argento friso ex parte posteriori in modum crucis, ab anteriori autem simpliciter data loco alterius casule de tapeta subtili non habentis aliquam subducturam, habentem aurifisium suum tale quale, sepulta super Nicolaum prepositum dominum Lanya.[37]

[Item ca]sula nigri coloris habens dalmaticam et strictam...[38]

Item una casula rubea de purpureo habens aurifisium ante in modum crucis, retro per longum solum, habet dalmaticam et strictam cum earum aurifisio.

Item una casula de atlaz mutans colorem habens cruces ante et retro de bisso violaci coloris.

Item casula alba de purpura habens imagines pardorum auro textorum, habens retro aurifisium bonum in modum crucis in quo sunt due imagines, una videlicet beate Virginis Anunciante (!) et alia sancti Stephani regis, ex parte autem anteriori habens ali-

36 Oštećen tekst.
37 Ivančan str. 107.
38 Oštećen tekst.

ud aurifisium cum literis aureis in modum crucis et tribus imaginibus, videlicet una Salvatoris, alia archangeli, tertia beate Virginis auro textus (!) cum sua dalmatica et stricta nudato violaci coloris subductas, per Johannem episcopum datas.

Item alia una casula de syndone cum duabus crucibus ante et retro flaveis facta extra antiquum inventarium inventa.

## [PLAŠTEVI]

Incipit ordo seu numerus caparum.

In primo inventa est una cappa rubea de veluto habens de praesenti unum modum deauratum in pectore cuius alter fractus est et habetur in repositorio et habens aurifisium latum et diversis imaginibus sancto venerabili modo decoratum et contextum.

Item alia cappa de damasko puro auro contexta per dominam Reginam seniorem donata puta matrem domini Lodovici regis.

Item alia cappa auro contexta per totum subtili opere facto albedine iuxta continentiam operis modice aparente, habens etiam aurifisium bono opere factum que est donata per dominum Nicolaum condam episcopum Zagrabiensem.

Item alia cappa cum aurifisio antiquo imaginibus sanctorum decorato, habens quatuor nodolos (!) argenteos in pectore continens in se imagines avium aurea capita habentes.

Item alia cappa similiter alba cum meliori aurifisio non habens nodolos, habet tamen imagines aquille duo capita aurea unum [corpus].

Item alia cappa clauci seu...[37]

Item quatuor cappe de veluto seu exameto piloso rubei coloris habens singula aurifisia antiqua, valde dilacerate.

Item una cappa de kamuka non habens aurifisium, habet tamen imagines avium et delphinum et est violaci coloris.

Item alia cappa nigri coloris de veluto habens aurifisium satis inutile.

Item alia cappa alba boni operis continens imagines avium et quarundam bestiarum rubeo subducta.

Item due cappe que apparent rubei coloris tamquam kamuka iam antiquitate et dilacerate.

Item extra inventarium antiquum inventa est una bona cappa de panno sericio rubei coloris auro contexta diversis imaginibus hominum dimicancium, bestiarum et avium mirabilium cum aurifrisio, imaginibus sanctorum quoque plurimorum quorum diademata perlis optimis sunt decorata et similiter incircuitu ipsarum imaginum, quod aurifrisium in pectore habet duo munilia in quo uno sunt lapides preciosi scilicet in medio unus magnus lapis corniale sculptus imagine Salvatoris et in circuitu duo saphiri et unus amatistus et in quatuor angulis quatuor coralli rubei, in secundo autem sunt lapides videlicet in medio unus magnus carbedoneus[38] vocatus in corniale

alba sculptus cum capite saraheni in circuitu duo saphiri et unus amatistus, in quatuor autem angulis sunt quatuor coralli rubei in quo etiam aurifisio in longum sunt viginti lapides preciosi.

Item extra idem inventarium sunt invente due cappe de exameto piloso violaci coloris cum bono aurifisio decorate de quibusdam peciis ordinate.

Item extra idem inventarium invente sunt alie due cappe de panno atlaz vario similiter cum aurifrisio flavei coloris, que quandoque mutant colorem, de quibusdam peciis ordinate.

Item extra idem inventarium invente sunt alie (due) cappe clauci coloris et rubeo panno. ...[40]

## [OLTARNICI]

Incipiunt nomina ornamentorum altarium.

Primo inventa est palla seu pannus ante altare de damasto bono et puri auri cuius scutio rube [41] coloris habens consimilia angularia cum aurifrisio in parte inferiori et etiam ristam seu comam altaris cum aurifrisio lato et bono cum subtili serico diversi coloris inpendulam decorata.

Item inventa est alia palla altaris de veluto viridi et rubeo et ex utraque parte eiusdem nigro, in quarum coniunctione picarum! sunt aurifrisia desuper consueta, habens duodecim plicas et consimilia angularia ac etiam habet comam altaris de aurifrisio duplicato simul propter latitudinem consueto cum subtili serico diversi coloris inpendula decorata.

Item alia palla altaris bona et quasi melior ex novem plicis, quarum quinque sunt damasto optimi et quatuor imaginibus diversorum sanctorum et figuris aureis et aliis consuta bono opere sunt decorate, habent etiam angularia eiusdem similes imagines continentia, habet etiam cornua altaris consimilem cum serico diversi coloris inpendenti.

Item inventa est alia palla altaris de kamuka violatici coloris habens in se figuras frondium seu foliorum et avium cum similibus angularibus de auro contextis, habet etiam comam cum auro sutam et serico, habentem sericum pendens non filatum.

Item inventa sunt duo paria ornamentorum altarium in kamuka et in omnibus per omnia consimilia.

Item inventa est alia palla panni habens rubeum campum et vites seu folia creberrima cum auro textu seu ordinata, cuius angularia et coma de auro facta demum fere subtracta.

Item inventus est unus pannus sericeus diversas imagines sancti Martini in equo sedentis et palium cum figura pauperis parcientis cum auro contextis.

---

39 Dragulj takva imena ne postoji. Možda se radi o vrsti dragulja *„carbonedo"*.
40 Oštećen tekst.
41 Očito *„rubei coloris"*.

Item inventa est una palla altaris figuras beate Virginis et filii eius ac Joseph ac pastorum atque bestiarum cum ioculatoribus sicut Christus fuit natus, de auro contextus, continentem.[42]

Itêm inventus est unus aureus qui sedi episcopali superponi solet apodiante se episcopo super eodem.

Item inventa sunt sex[43] mensalia bona et nova ex quibus data sunt duo pro duabus pallis seu pannis in quibus sunt imagines sancti Martini et Nativitatis Domini et unum manutergium latum cum serico rubeo et nigro mixtum contextum. Vacat[44]

Item inventa est alia palla cottidiana diversis filiis coloratis virgulata cum duobus angularibus cum quibusdam circulis croceis adornatis. Sunt etiam inventa quidam [45] ornamenta altarium cottidiana antiqua et satis vetusta et etiam corrupta.

Item invente sunt due cappe parve pro pueris ex quadam pecia de kamuka satis bona per Blasium archidiaconum Kamarcensem[46] pro anima Pauli archidiaconi[47] de eodem archidiaconatu ad altare sancti Pauli donatis factae.

Nota! Quod ex pluribus peciis et aurifrisiis in antiquo inventario conscriptis sunt cappae factae que hic consripte suo nomine sunt ac eciam ipsa aurifrisia ad quasdam pallas suas apposita.

Item inventa est una pecya de kamuka cum filis argenteis contexta, habens campum violatici coloris.

Item reperte sunt albe cottidiane minus solempnes numero septem.

Item sunt invente albe solempniores numero octo, quarum sunt due de tella subtilissima...[48]

Item extra antiquum inventarium sunt invente quinque albe de novo importate, quarum due sunt de sidone, cetere vero de tela facte.

Item sunt inventa quatuor omeralia solempnia, unum videlicet cum aurifrisio tabulato cum duobus leonibus aurifrisiatis, aliud similiter cum aurifrisio de subtilissima tela sericea, tercium similiter cum aurifrisio, in quo sunt tecte quinque imagines aquillarum, quartum similiter cum aurifrisio cum quibusdam figuris aurifrisiatis rubei, flavei et virio[49] coloris.

Item sunt extra inventarium antiquum inventa quatuor umeralia cottidiana cum ipsorum dyadematibus.

---

42 Umjesto *„continens"*.
43 U tekstu prvotno pisalo *„octo"* a *„sex"* je napisano preko toga.
44 Vjerojatno se radi o nekom oltarniku koji je bio upisan u starijem imovniku, a sada nedostaje.
45 Umjesto *„quaedam"*.
46 Umro 1383. Ivančan, str. 112.
47 Vjerojatno arhiđakon kalnički, prethodnik u službi spomenutoga Blaža. Umro 1366. Ivančan, str. 106.
48 Oštećen tekst.
49 Očito *„viridi"*.

Item eciam sunt inventa extra idem inventarium octo umeralia bona et solempniora, unum videlicet cum dyademate flaveo cum perlis pluribus bono opere factum, habens in se quatuor lapides, secundum habens dyadema cum bono aurifrisio lato, tercium habens diadema de panno albo sericeo habente in se imagines leonum aurifrisiatorum et in circuitu aurifrisium, quod umerale pertinet ad casulam predictam per dominum Johannem[50] episcopum datam, ex quibus eciam est unum umerale cum diademate de argento frisiato.

Item ex eisdem sunt duo umeralia de panno farbato seu colorato, habentia duos clipeos. Item unum ex predictis umeralibus habens dyadema de panno sericio violaci coloris, ultimum vero habet diadema de panno colorato cum figuris crocei et aliis viridi coloris.

Item sunt invente quatuor stole solempnes, una desuper rubei et ab inferiori parte viridi coloris, secunda cum aurifrisio cum imaginibus sanctorum, quorum diadema et corone sunt partim de perlis, partim de alio genere, tercia vero similiter cum frisio argenteo cum diversis figuris, item quarta stola de panno sericeo desuper cum diversis ramis liliis et avibus contextis, de infra autem de panno claucei coloris subducta, ex quibus stolis in antiquo inventario scriptis sunt posite du...[51] vente sunt tres stole cottidiane.

Item manipuli duo sunt inventi ex aurifrisio facti, manipulus autem in alio inventario conscriptus, de purpure factus, conscriptus inventus est.

Item extra inventarium sunt inventi duo manipuli competentes, unus rubeo panne subductus alio quodam inventeratus.

Item sunt invente tece corporalium cum suis corporalibus numero decem, quarum sunt tres cum perlis ordinate insutis aliquibus figuris sanctorum et alie sunt de auro contexte et de camuka facte.

Item sunt duo angularia de peplo flameolo aureis filiis! intextis bono opere facte.

Item sunt inventa pepla flameola, diversas figuras avium, bestiarum, frondium ac virgularum cum filis aureis contextis habentia numero decem, quorum sunt quatuor meliora et sex deteriora, sed verius loquendo omnia sunt vetustate consumpta.

Item sunt duo cingula pro acolitis, quorum unus habet in pendulis argenteis nodulos alterius simpliciter, ambo tamen rubei coloris exceptis aliis pro comuni usu divino habitis.

Item est repertum unum par sandalarum clauci coloris cum suis sucularibus.

Item sunt duo paria cirotecarum episcopaliarum, unum videlicet solempne cum aurifrisio bono et duobus monilibus seu circulis de gemmis, perlis et quibusdam lapidibus decorate, aliud vero simplex et satis vetustum.

---

50 Vjerojatno se odnosi na ondašnjeg biskupa Ivana Smila, ili na njegova pomoćnog biskupa Ivana de Senis.

51 Oštećen tekst.

## [RELIKVIJARI]

Item incipit ordo inventarii sacratissimarum reliquiarum in ecclesia Zagrabiensi existencium.

Et primo latus sanctissimi regis Stephani, quod tenent duo angeli in quatuor lilia de ladula argentea deaurata procedencia, uqe ladula continet in quatuor angulis quatuor nodos.

Item manus sanctissimi regis Ladislai habens unam securim et lapides, licet non preciosos, numero decem et novem, penes antiquum inventarium, ex quibus [lapidibus] deficiunt duo[52] ...

Item crux de auro facta continens in se de ligno Domini nostri in modum crucis, cuius pes est de argento aurato, habens in se triginta duos lapides, de quibus sunt sedecim maiores et minores, inter quos sunt saphiri occidentales et aliqui simaragdi, aliqui vero rubini et unus tupasius. Sunt eciam in aliquibus partibus ipsius crucis alique perle maiores et minores preciose, ex quibus perlis plures deficiunt iuxta antiquum inventarium.

Item est una argentea crux habens imaginem crucifixi deauratam, que habet figuras seu beate Virginis et sancti Johannis evangeliste sibi consimiles deauratas.[53]

Item est una imago beate Virginis in sinu filium suum habens deauratam,[54] in ecclesia, quam sunt alique certe reliquie.

Item est una ladula de ere facta, deaurata, pro corpore Domini nostri et consolatione ipsius deputata, habens super copertorium eiusdem sex lapides mediocres competentes et ibidem de[55] duo lapides, quorum loca vacua habentur.

Item est repertus liber evangeliorum manu sancti Luce evangeliste scriptus, puro argento desuper per omnia copertus, figuras tamen Crucifixi et beate Virginis continens, inter reliquias preciosas computatas.

Item repertum est unum plenarium inter alia plenaria ecclesie preciosius in quo est nativitas Christi sculpta in ebore, continens in se circumquaque lapides infra declarandas, videlicet in medio et infra in apposito duos lapides magnos topasios preciosissimos. Item septem calcedoneos ex utraque parte, sunt etiam circa predictos quatuor lapides singuli quatuor smaragdi in quatuor angulis, loco topasiorum iuxta antiquum inventarium nominatorum, ut dicitur impositi viridi coloris; sunt etiam tres de ex ipsis lapidibus, de teca seu domo perle facti continentes in se singulas imagines, habet etiam dictum plenarium in quatuor angulis suis quatuor imagines beate virginis de ebore, solet etiam apendi crux parva de Ligno Domini ipsi plenario que in ve...[56]

---

52 Oštećen tekst.

53 Iza „*seu*" je prazan redak, na koji se očito nastavlja doneseni tekst, a prije „*seu*" precrtano je „*beate Virginis et sancti Johannis*".

54 Treba biti „*deaurata*".

55 Iza de je prazan prostor za jednu ili dvije riječi.

56 Oštećen tekst.

Item [aliud] plenarium sat continens [imaginem beate Virginis deauratam facie tanquam humano][57] aparente carne, in eius circumferencia est „Ave Maria'' desculpta.

Item est aliud plenarium satis magnum de marmore viridi mixti coloris argento deaurato circumquaque ordinatum.

Item sunt duo plenaria deaurata in quantitate et in opere sibi per omnia consimilia, unum imaginem Crucifixi et aliud figuram beate Virginis in medio continens, plurimis perlis decorata.

Item est unum Benediccionale ex una parte argento copertum figuram sancti regis Stephani solum impressa inter reliquias deputatum.

Item est inventum inter reliquias unum munile nasua dictum duas figuras leoninas in se continens lapidibus licet non preciosis decoratum, ubi est unus locus lapidis deficientis.

Item est unum pectorale de puro auro habens in se tres zaphiros et unum rubinum, unus autem rubinus secundum antiquum inventarium deficit ibidem sunt undecim perle magne figura maiestatis sibi insculpta.

Item est una parva ladula de argento facta in qua solet sanctum crisma conservari.

Item sunt due ladule de ebore facte, una maior et una minor.

Item est una crux parva certas reliquias habens in se et in quatuor partibus quatuor imagines ewangelistarum cum simaldo factas, que crux in posteriori parte habet quinque lapides licet non preciosos, quarum duo sunt viridi duo autem alii flavey et unus in medio albi coloris pendens in una bona kathena argentea.

Item est digitus sancti Johannis Baptistae super una columpna argentea deaurata, circumdatus.

Sunt etiam due pixides de ebore facte habentes in se seras de cupro in quibus servantur reliquie.

Item quatuor ampule de cristallo facte in sumpmitate et de inferius argento deaurate plerumque decorat[e] et eciam quinta ampula ... de auro facta et argento deaurato ordina[ta]...[58]

Item est una figura sancti Mychaelis que apponi solet nodulo argenteo et deaurato cum velum seu tentorium in processione defertur et est argenteum et deauratam tubam tenens in manu.

Item repertus est inter reliquias unus lapis berili magne quantitatis.

Item inventa est una parva pixis de ebore in qua conservabatur predictus digitus sancti Johannis Baptiste.

Item sunt eciam due pixides de ebore, una habens seram argenteam, alia de cupro, in quibus reliquie conservantur et sunt invente extra antiquum inventarium.

Item inventa est una parva ladula de ligno abietis plena cum reliquiis.

57 Tekst je oštećen, a nadopunjen je paralelnim mjestom iz inventara prema Tkalčiću MCZ XI, str. 146.

58 Oštećen tekst.

## [KRIŽEVI]

Item capitulum de crucibus. [59]

Item sunt quatuor baculi argentei ad corandum.

Item est repertum ferrum pro pistandis seu decoquendum hostiis.

Item sunt campane ecclesie maiores sex numero de quibus una est *„vrechkanich"*, est confracta et deposita in sacristia.

Item sunt quatuor campanule minores, quorum tres sunt appense et una cum opus est ad altaria defertur.

Item sunt tapecia per dominum Johannem episcopum data et extra antiquum inventarium inventa.

## [KNJIŽNICA]

Incipit ordo seu numerus librorum.

In primis unus liber Decretorum copertus cum coreo ad aubedinem[60] tenedente cum claviculis et clausuris quatuor de auricalco, qui sunt in textu primi foli[i] incipit „Redacta non".

Item alius liber Decretorum ad modum antiquorum cum tabulis et modico coreo nigro, qui finit in textu primi folii et in eos solus consti.

Item unus liber Decretalium [cooper]tus [coreo] virid[i] ... qui finit in ...[61]

. . .

Item liber Decretalium antiquus qui finit in textu primi folii „in ligno crucifixi passus".

Item liber Sexti et Clementinorum in novo volumine, qui finit in textu primi folii „et apostolicam benedictionem" et est repertus cum coreo viridi.

Item liber Sexti cum asseribus et medio coreo qui finit in textu primi folii „solicite in iudicis".

Item liber Clementinorum cum asseribus et modico coreo que finit in textu primi folii „post ipsum concilium".

Item quatuordecim quinterni novelle Decretalium usque ad titulum De iureiurando.

Item unum Speculum iuris sine copertorio quod finit in textu primi folii „de eadem fonte gratie discipulus bibit".

Item unum aliud Speculum iuris.

Item prima pars Bibilie glosata a libro Parabolarum, usque ad librum Job et est in duobus voluminibus colligata et sunt ambo coperta tabulis de coreo viridi.

---

59 Inventar križeva ostao je neispunjen, a 5 cm prostora ostavljeno je prazno.

60 Vjerojatno *„ad rubedinem"*.

61 Oštećen tekst.

Item liber Exodi coopertus coreo albo et finit in textu primi folii „multiplicati sunt".

Item textus Bibilie de bona litera coopertus cum coreo viridi in magno volumine cum clausulis argenteis deauratis et finit in textu primi folii „vel posset ame vel velis".

Item textus Bibilie coopertus coreo rubeo in parvo volumine et finit in textu primi folii „inter perfectos sapientiam".

Item alius textus Bibilie coopertus cum coreo albo similiter in parvo volumine qui finit in primo folii prologii „interrogatum respondeo dele-".

Item duo Psalteria glosata in uno volumine cooperta coreo albo et finit in glosa primi folii „unde ipse propheta ait".

Item Sumpma confessionum fratris Johannis ordinis predicatorum cum asseribus sine coreo et finit in textu primi folii „nisi alia pars".

Item liber racionalis cum asseribus coopertus coreo albo et finit in textu primi folii „non feres agri diverso semine".

Item liber Istoria scolastica cum tabulis sine coreo et finit in textu primi folii „usque omnes ... principium ...[62]

Item liber racionalis coopertus cum coreo albo cum claviculis de auricalco et finit in textu primi folii „ut non arabis in bove".

Item pars libri Moralium cum asseribus uno tamen assere fracto coopertus modico coreo albo usque decem et novem libros exclusive et finit in textu primi folii „qua quod stillo".

Item alia pars Moralium Gregorii cum asseribus coopertus albo coreo lacerato a decimo nono libro usque trecesimum librum et finit in textu primi folii „et rursus".

Item liber Decretalium antiquus sine prohemio, que in textu primi folii finit „Innocentius eiusdem concessionum".

Item textus Sexti sine glosa cum asseribus fractis et finit in textu primi folii „sed quia nonnulli".

Item textus Clementinarum sine glosa cum asseribus et finit in textu primi folii „in concilio Viennensi".

Item alius textus Clementinarum coopertus cum coreo viridi sine glosa et finit in textu primi folii „ipsum corpus".

Item liber Decretalium antiquus ad modum antiquum coopertus cum coreo albo lacerato et finit in textu primi folii „quod ad Dei".

Item sumpma Granfredi cum asseribus coperta cum modico coreo albo et finit in textu primi folii [„ad ymaginem et similitudinem".

Item liber Genbiridon coopertus coreo nigro in parvo volumine qui finit in textu secundi folii „ab alio poeta".

62 Oštećen tekst.

Item Sumpma Reimundi cum asseribus sine coreo et finit in textu primi folii] „vel ex pactione vel corrupta".

Item liber Ecclesiaticus glosatus coopertus cum coreo viridi cum quatuor clausulis et finit in glosa primi folii „universas temporum unde et die".

Item liber Isydorii De supremo bono copertus cum coreo nigro et finit in textu primi folii „inteligit demum corporeumque".

Item liber Psalterii gl[osatus].[63]

Item liber Augustini.

Item sumpma Raymundi coperta cum coreo croceo cum claviculis et finit in textu primi folii „plenius potui ponendo".

Item liber constitucionum super libro sentenciarum copertus cum coreo viridi et finit in textu primi folii „quot proprie loquendo supremus".

Item liber sentenciarum copertus cum coreo viridi et finit in textu primi folii „quot proprie loquendo supremus".

Item liber sentenciarum copertus cum coreo viridi et finit in textu primi folii „non comune habet".

Item alius liber sentenciarum copertus cum coreo albo et finit in textu primi folii „et se voluntas" in magno volumine cum claviculis.

Item liber sentenciarum in magno volumine.

Item alius concordie Novi et Veteris testamenti in uno libro copertus cum coreo albo et finit in textu primi folii „ut asscenciones nostras".

Item liber Ysidori Etimologiarum copertus coreo albo et finit in textu primi folii „unam ad patrem et unam".

Item liber nove legende copertus cum coreo et claviculis ferreis et finit in textu primi folii „que dabitur in ulcione".

Item liber Dyalogi et Pastoralis Gregorii in uno volumine copertus cum coreo magno lacerato et finit in textu primi folii „perdat bonum quod tenet".

Item quidam libellus parvus super libro sentenciarum copertus cum coreo rubeo, qui finit in primo folio secunda columpna „post exponi illud quod dicitur".

Item Istoria scolastica non completa coperta cum coreo albo qui finit in textu primi folii cum cenubio „de primaria mundi confusione".

Item liber parvus copertus coreo viridi lacerato possunt esse aliqua ewangelia glosata, qui in glosa [primi] folii finit „gestarumque miraculis" ...[64] folii „simoniace habetur sed qui pro".

Item liber Genesis glosatus copertus coreo viridi in parvo volumine qui finit in textu primi folii „et tenebre", habet ibidem in glosa „postea dicit".

63 Oštećen tekst.
64 Oštećen tekst.

Item una Sumpmula parvi columinis in iure canonico coperta de coreo crocei coloris et finit in textu primi folii „cum in minoribus".

Item unus liber vocatus Flores distinctionum Novi et Veteris testamenti copertus cum coreo picto et finit in primo folio „ut scilicet essent con".

Item unus libellus copertus de coreo viridi super libro Sentenciarum, qui in primo folio eiusdem finit „confidencia divini auxilii".

Item unus liber nomine Abecedarius, alio vero nomine Lucianus cum coreo albo, qui in textu primi folii finit „qui in sequentibus ab e".

Item unus liber parvus Apocalypsis glosatus de asseribus nigris, qui in textu primi folii finit „perhibuit verbo" et ibidem in glosa finit „id est de humanitate".

Item unum scriptum seu comentarium super libro Ecclesiastes sine coreo, et in textu primi folii finit „quo numero dierum scilicet".

Item Biblia antiqua in uno volumine antiquo magno cum asseribus nigris usque ad Novum testamentum et Acta et incipit in interiori parte primi folii per capitale antiquum et litera magna cum cenibrio scripta „Frater Ambrosius".

Item textus Sentenciarum copertus de coreo croceo lacerato et finit in textu primi folii „correccionem desidero".

Item unus liber in iure civili sine asseribus et sine aliquo coreo, qui finit in textu primi folii „est commentarius Gaii".

Item liber de pasionibus sanctorum in magno volumine cum asseribus sine coreo et incipit cum capitali Passio beati Andreae apostoli cum magna litera in cenubrio [...] scripta.

Item liber super [...][65]

Item quidam libellus super exposicionem Biblie cum asseribus sine coreo, finit in textu primi folii „ait decet Deus Israel".

Item liber pastoralis super officio divino copertus cum coreo albo continens visitacionem archydiaconi, qui in primo folio in tabula in secunda columna finit „ab ecclesia instituta".

Item liber institucionum in iure civili copertus cum coreo violacii, qui finit in textu primi folii „prima legum".

Item liber de laudibus beate Virginis copertus coreo albo, qui finit in textu primi folii „habet ortus conclusus fuit".

Item unus liber cum asseribus nigris sine coreo Paralipomenon, Judit et Estere et Machabeorum et finit in textu primi folii „Abraham quos".

Item liber istorie Romane sine asseribus, qui finit in textu primi folii „videamus autem" et incipit in undecimo folio eiusdem post tabulas incipit „Epistola Cornelii ad Salistinum Crispum".[66]

65 Oštećen tekst.
66 U originalu kodeksa je naslov: *Epistola Cornelii Neronis ad Salistinum Crispum.*

Item quaternus parvus in iure canonico copertus coreo albo modicum piloso, qui finit in textu primi folii „decima septima constitucione prima Consalidis".

Item liber in iure civili sine asseribus et intitulatur „Incipit libellus de ordine iudiciorum" et finit in secunda columna terci filii eiusdem „formabo habitaculum cum an".

Item liber Isidori De sumpmo bono sine asseribus, qui in textu primi folii finit „vel digna".

Item una Sumpma penitencie cum asseribus copertus cum panno lineo, qui finit in textu primi folii „plurimum multa".

Item liber parvulus Istoriarum cum asseribus sine coreo continens passionem Anglorum, (?) finit in primo folio sui textus „uxorem ... de Iuda".[67]

Item quidam libellus parvus cum asseribus sine coreo Istorie [...] usque ad librum iudicum, qui [finit in textu primi folii] „non cum consensu" [et in] columpna „de triplici anima".[68]

Item liber Constitucionum Theologie cum asseribus et modico coreo albo, qui finit in textu primi folii „in constitucionibus de veritate".

Item constituciones super Sentencias in uno libro satis spisso sed brevi cum tabulis, sine coreo et finit in textu primi folii „videbit tale aliquis".

Item liber Salamonis cum asseribus antiquis corrosis et finit in textu primi folii „David regis".

Item quidam libellus de viridi super declaracione verborum difficilium in theologia, qui incipit in titulo „Incipit epistola prohemialis et cetera" et finit in eodem folio „instructus impensis ho".

Item quidam liber Sermonum in uno libello cum asseribus, coreo rubeo et alio coreo desuper viridi copertus, qui finit in textu primi folii „ad hec enim proponuntur et pendi".

Item quidam liber sermonum magistri Petri Rotomagensis archyepiscopi sine asseribus, copertus coreo spisso, qui finit in textu primi folii „si non hesitas in eorum ponderamine".

Item liber Sermonum cum asseribus, copertus de coreo albo, finit in textu primi folii „aurora est finis noctis".

Item quidam liber Sermonum brevis et spissus, cum asseribus, copertus cum coreo viridi, ut apparebat, qui finit in textu primi folii „ad reverenciam divine maiestatis".

Item quidam liber Sermonum copertus cum coreo viridi, in una parte ipsius coopertorii corroso, qui finit in textu primi folii „pars eius est tota et sic".

Item quidam libellus Sermonum in papiro, copertus coreo viridi et finit in textu primi folii „ideo Paulus apostolus dicit: sic currite".

---

67 Možda se radi o *Historia ecclesiastica gentis Anglorum* Bede Časnog.

68 Oštećen tekst.

Item quidam alius libellus in papiro, copertus coreo croceo aliqualiter corroso, qui finit in primo folio „quod pro..."[69] ...viridi et finit in textu primi folii „non virtute cordis nostra".

Item Liber stellarum antiquus cum tabulis, copertus coreo albo, finit in textu primi folii „tanta est in ori".

Item tercius liber antifonarius novus cum albo coreo lacerato copertus, qui in primo folio incipit in tono „Beatus vir" et finit in eodem „laudabo".

Item quartus liber antifonarius antiquus cum asseribus nigris sine coreo, qui incipit in primo folio „Venite" cum notis et in sexto folio eiusdem que Incipit „Adventum Domini non est celebratis decembris".

Item inventum est unum Graduale novum cum nota quadrata in albo coreo, incipit in primo folio „Multe tribulaciones" et finit „odie. Hamen".

Item tercium Graduale antiquum cum asseribus labis, uno vero fracto sine copertura et incipit „Asperges me" et finit „seculorum. Amen." in eodem.

Item Graduale antiquum cum asseribus, cum coreo tendente ad rubdeum colorem, qui in primo folio incipit „Missus est" et finit in eodem „Venite ad me".

Item quartum Graduale cum asseribus et modico coreo, qui incipit in primo folio „Missus est" et finit in eodem „Venite ad me".

Item inventus est unus liber Missalis antiquus et bonus cum asseribus sub coreo ad colorom rubeum tendente et incipit in primo folio „Ianuarius" et finit in eodem „vigilii Christi".

Item inventus est unus liber Antifonarii novam habens coperturam sub albo coreo et latis clavis, incipit in primo folio „Custodit Dominus" et finit in eodem „tu es ipse".

Item liber Missalis cum albo coreo et nova litera per condam dominum Joannem archydiaconum de Bexyn legatus."

Item liber Missalis „Rotundus" dictus in asseribus cum nigro co[reo c]opertus, habens magnam literam et bonam... et finit.[70]

archydiaconum Dubicensem", qui incipit in primo folio „Prima dies" et finit in eodem „Joannis martyris".

Item unus liber Manualis cum asseribus sine coreo et vocatur Manuale beate Virginis et incipit in undecimo folio eiusdem „quis omnipotens" et finit in eodem „supplicantis".

Item inventus est liber Missalis magne quantitatis et litere, qui incipit in primo folio in sua rubrica „Incipit missale" et finit in eodem „Dominum nostrum".

Item inventum est unum Manuale sub albo coreo cum asseribus et clavis fereis, continens solumodo Missam pro defunctis et canonem, cum indumento, et incipit in rubrica sua in primo folio „Domino concedente" et finit in eodem „altera satisfactio".

---

69 Oštećen tekst.
70 Oštećen tekst.

Item inventum est unum Manuale sericeo panno rubeo copertum, habens ex aunaquaque parte singulos clavvos /!/ argenteos cum figuris deauratis et habet tres fibulas de argento, qui incipit in primo folio „Fratres" et finit in eodem „qui vi".

Item inventa sunt duo Psalteria unius quantitatis et litere, labo coreo inventerato coperta, quorum unum in primo folio parte extrinseca in kalendario incipit „Ianuarius" et ibidem in eadem columna finit „Tiri et Joannis martyrum" in alio vero uno et eodem modo.

Item reperta sunt alia duo Psalteria maioris quantitatis et meliora de una litera, qui ambo in rubrica literis de cenubrio „In diebus dominicalibus" et in fine eiusdem „dirumpamus".

Item inventum est unum Psalterium antiquum parve quantitatis de antiqua litera, cuius versiculi incipiuntur „Semper" in margine eiusdem.

Item inventus est liber Capitularis, quo utitur singulis diebus in choro et in rubrica sua in primo folio incipit cum rubea litera „Notandum est" et finit in eodem...[71]

Item quidam liber ...ris sine coreo continens in se... qui in primo folio incipit...
et finit in eodem cum rubrica „de sancto rege".

Item alius liber est inventus, qui nullam habet coperturam preter asseres, continens in se epistolas et evangelia per anum, qui habet in principio magnam literam et incipit in primo folio sub rubrica ...
Item repertum est eciam Collectarium sub rubeo copertorio de antiquo [et incipit in primo folio] „Presta Domine" et finit ...

Item fuit repertus quidam liber continens certas constituciones et aliorum... circulum consuetorum de antiqua litera, quius principium primi folii in scriptura est abolitum, in secundo autem folio incipit „Non acceptum" et finit in eodem „in viam gencium ire".

Item inventus est quidam liber epistolarum, continens in se epistolas per annum et aliqua ewangelia, cum asseribus, albo coreo rupto copertus, qui in primo folio incipit in rubrica „Ita debent scribi" et finit in eodem folio „hoc dicit musica".

Item repertus est quidam alius liber de antiqua litera cum asseribus nigris, continens diversas rubricas, qui incipit in rubrica „ Ecce stella" et finit in eadem rubrica „responsorii".

Item inventus est unus liber Missalis parve quantitatis, ex una parte habens modicum de assere copertorium, qui incipit in martirologio „Ianuarius" et in eodem finit „noctis hore sedecim diei octo" litera in rubea.

Item unus liber Manualis, qui incipit in primo folio „Extra dilli... et finit in eodem" et conso[lacionem]... duos asseres, copertus...[72]

---

71 Oštećen tekst.
72 Oštećen tekst.

## *RÉSUMÉ*

*Les inventaires de la cathédrale de Zagreb, en tant que sources historiques, avaient été conservés en trois lieux différents aux archives du Chapitre et de l'Archevêché de Zagreb. Une partie de ces inventaires a déjà été publiée par Ivan K. Tkalčić dans „Starine" (Antiquités) de l'Académie yougoslave des sciences et des beaux arts (numéro XIII, Zagreb 1881) et dans „Monumenta civitatis Zagrebiensis" (tome XI, Zagreb 1905).*
*Tkalčić ne connaissait pas l'inventaire de 1394, qui, à la différence des inventaires publiés, est complet. L'inventaire de 1394 comprend dans son introduction différentes données concernant sa rédaction: le nom de l'instigateur, de ses rédacteurs et la date à laquelle il a été établi. La datation de l'inventaire est confirmée par le filigrane du papier situé par les auteurs vers l'an 1394.*

*Le manuscrit, endommagé dans sa partie inferieure par l'humidité, a ete restauré par le laboratoire des Archives nationales croates. Il est copié par deux mains différentes; le premier copiste ayant transcrit les pages 1 à 17, le second les pages 18 à la fin du texte.*

*La valeur principale de cet inventaire est due au fait qu'il comprend également la liste des calices qui n'avaient pas été répertoriés dans les dénombrements déjà publiés, ainsi qu'une description des reliquaires, objets les plus précieux du trésor de la cathédrale de Zagreb.*

*L'inventaire du trésor de 1394 se présente ainsi: calices, mitres, chandeliers, goupillons, crosses, encensoirs, chasubles, chapes, nappes d'autel, reliquaires. Cette liste est complétée par l'inventaire de la bibliothèque qui comprend des livres liturgiques, des manuels de droit canon, des bibles, des livres d'histoire et des manuels de théologie. C'est l'embryon de la bibliothèque métropolitaine de Zagreb et il serait intéressant d'identifier les manuscrits anciens de cet inventaire, dans l'inventaire actuel de la bibliothèque métropolitaine'*